

Affrontements à Pompéi – p. 81

Sub idem tempus, levi initio, atrox caedes orta est inter colonos Nucerinos Pompeianosque gladiatorio spectaculo quod Livineius Regulus edebat. Quippe oppidana lascivia in vicem incessentes probra, dein saxa, postremo ferrum sumpserunt. Validior fuit Pompeianorum plebs, apud quos spectaculum edebatur. Ergo deportati sunt in urbem multi e Nucerinis, corpore truncо per vulnera, ac plerique liberorum aut parentum mortes deflebant. Re ad Patres relata, prohibiti < sunt > publice in decem annos ejus modi coetu Pompeiani.

TACITE, *Annales*, 14-17 (aménagé).